

come nel concilio medesimo.

Vide partecipar una numerosa schiera de' suoi alumni, convenuti da ogni parte del mondo,

vanto e gioia suprema del maestro che li creò.

Vide inoltre la Chiesa liberata dai tre papi che se la contendevano, e tutti gli altri atti del concilio sino al giorno della sua morte.

Ai superstiti che lo amavano, quel giorno apparve in tempestivo e dannoso alla Chiesa; ma, in verità, per lui fu glorioso.

Si consolino gli amici con questo pensiero, ché il rimpiangarlo ora sarebbe un segno d'invidia o d'ingiuria alla sua memoria.

Mori, difatti, in mezzo al concilio più celebre di cui si abbia memoria, non solamente per il numero de' chierici che vi prendono parte, ma altresì per le ambascie de' sovrani,

horum^(a), quos novissime in hoc concilium pro reintegranda^(b) Ecclesia contulit. vidi enim uno tempore tot discipulos suos ex toto orbe terrarum in unum locum congregatos, qui diversis^(c) temporibus eum audiendo profecerant^(d), quique ad varias dignitates merito sue doctrine promoti erant; ut non temere pre omnibus, qui in concilio erant, gloriari posset se unum esse, qui tot tantosque filios in doctrina genuisset, eaque gloria omnes anteacte vite voluptates iure visa^(e) sit superare. vidi insuper, quod erat in rebus^(f) huius concilii maximum^(g) factuque^(h) difficillimum, vacare apud omnes apostolicam sedem et ex tribus contendentibus de papatu unum quidem sponte renunciasse, reliquos vero duos legitime fuisse depositos⁽ⁱ⁾, actaque cetera usque in diem obitus sui. qui 10 etsi nobis quidem^(j) intempestivus visus est, qui eum precipue dileximus, communi vero saluti, que persepe paucorum vita continetur, non immerito damnosus apparuit; ipsi certe obeunti, si recte volumus^(k) existimare, gloriosus evenit, quoniam quicquid^(l) desiderari^(m) potest bene morienti ad huius temporis gloriam, omnia fere vel certe maxima sit moriendo consecutus. quamobrem, si neque communi neque nostra propria, illius tamen causa consolari debemus, ne aut invidere felicitati eius aut iniuriam memorie facere videamur. quando enim contingere illi poterat unquam gloriosius mori quam hoc tempore, cum est congregatum hoc generale concilium, quo nullum vel scriptis⁽ⁿ⁾ vel memoria hominum fuisse traditur insignium virorum^(o) frequentia magis celebre? nam 20 preter eos qui prelati sunt ecclesiarum aut ecclesiastici viri, omnium insuper regum^(p) christianorum legationes adsunt; omnes fere prin-

(a) *B G* sive illorum (b) *Mur.* redintegranda V novissime pro integranda (c) V qui vero diversi (d) *B G* profecerunt (e) V in re visa (f) *Mur.* erat ex rebus (g) Ar V huius maximum concili (h) *C G* factumque (i) *B G* om. quidem (k) *C Ar V Mur.* si rite volumus (l) *B P G* quam quicquid *Mur.* quam quicquid (m) *B P* defensari *Mur.* dispensari (n) V scriptoris Ar scriptis (o) *T Mur.* Insignius et virorum (p) V legum

(1) Giovanni XXIII, come già avvertimmo, fu deposto nella decimaseconda sessione del concilio (29 maggio 1415); nella decimaquarta sessione (4 luglio 1415) Carlo Malatesta, in-

viato a Costanza con pieni poteri a questo scopo, lesse l'atto di rinuncia di Gregorio XII; ed infine, il decreto di deposizione di Benedetto XIII fu letto il 3 settembre 1417.